



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117794**

§. 44. Pelagius Zosimum fallit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Fidei Confessio Pelagii, quam hodie-  
 que habemus, illi, quam Celestius dede-  
 rat, similis est. Fusissime explicat omnes  
 Fidei articulos, de quibus non erat qua-  
 stio, incipiens a Mysterio Trinitatis, us-  
 que ad Carnis Resurrectionem. De Bap-  
 tismo agebat: *Unicum credimus Bap-  
 tismum, & affirmamus, parvulis iisdem ver-  
 bis, quibus adultis, administrari debere.*  
 De Gratia dicit: *confitemur dari liberum  
 arbitrium; simul vero dicimus, nos sem-  
 per auxilio Dei indigere, illosque falli  
 aequaliter, tam qui dicunt cum Manichæis,  
 hominem peccatum effugere non posse, quam  
 qui cum Joviniano, hominem peccare non  
 posse.* Epistolæ epilogus erat in hunc  
 modum: *Hæc est fides, Beate Papa! quam  
 ab Ecclesia Catholica didicimus, quam sem-  
 per tenuimus, & adhuc tenemus. Si quid  
 in ea est, quod non satis docte, vel caute ex-  
 plicatum, cupimus, ut corrigas, Tu, qui Pe-  
 tri fidem tenes, & Sedem!* Nihil hac fidei  
 confessione magis Catholicum videbatur,  
 & nihilominus Pelagii erroribus portam  
 relinquebat apertam.

§. XLIV.

*Pelagius Zosimum fallit.*

**H**is litteris Romæ publice recitatis, om-  
 nium oculis, & ipsius Papæ quasi ca-  
 ligo offusa; videbant Pelagium Jerosoly-  
 mæ, eadem quæ Celestium Romæ loqui.

Y y § Omnes

Sæculum V.  
 A. C. 417.  
 Libell. Pe-  
 lag. tom. 2.  
 conc. p. 1565.



Sæculum V. Omnes gaudio, & admiratione repleti,  
A.C 417. vix lacrymas tenuere, eo præcipue com-  
 moti, inveniri potuisse, qui purissimæ fi-  
 dei homines calumniarentur. Hæc scrip-  
 ta nil nisi Gratiam, & auxilium Dei  
 qui ipsis videbantur. Heros, & Lazarus,  
 qui aliunde male audiebant, perturba-  
 res fraternæ charitatis habebantur, qui  
 dissensiones in Ecclesia foverent. Animis  
 ita comparatis, Zosimus Papa, circa fa-  
 ctum deceptus, alteram dedit epistolam ad  
 Aurelium, omnesque Africæ Episcopos,  
 prima vehementiorem, in qua se Pelagia-  
 næ fidei confessione contentum dicit, &  
 de sinceritate ejus minime dubitare. Sed  
 ut erat animo præjudiciis occupato, &  
 leviter, quæ Celestius dixerat, credens  
 hunc in modum adversus Heroem, &  
 Lazarum loquitur: *anne possibile sit, Cho-  
 rissimi fratres! vos necdum comperisse,  
 saltem per famam, eos esse Ecclesiæ pertur-  
 batores? an vitam ipsorum, & condemna-  
 tionem ignoratis? Licet vero eos Ecclesiæ  
 Apostolica ab omni Communionem expressæ  
 Sententia separaverit, hic summam, qua  
 sit eorum vita, discite! Lazarus jam diu in-  
 nocentes accusare adsuevit; in pluribus Con-  
 ciliis calumniæ in Sanctum Confratrem no-  
 strum Bricium, Episcopum Turonensem,  
 convictus est. Proculus Massiliensis tan-  
 quam Calumniatorem in Concilio Tauri-  
 nensi condemnavit.* Nihilominus idem

Procu-



Proculus aliquot post annos eundem Episcopo-  
 rum Aquensem ordinavit, ut Judicio ty-  
 ranni suffragaretur; in Sedem Episcopa-  
 lem intravit, innocentis occisi sanguine  
 necdum satis deterfo, atque speciem ali-  
 quam Sacerdotii habuit, quamdiu Tyran-  
 nus, qui ipsum tuebatur, Imperii umbram  
 retinuit. At, eo extincto, cessit loco, &  
 suo se facto damnavit. Tyrannus iste, La-  
 zari Defensor, Constantinus est, quem suæ  
 factionis homines anno 411. in Galliis Im-  
 peratorem salutarunt. Tum Zosimus Pa-  
 pa in hunc modum prosequitur: eodem  
 modo res se habet, si de Heroe loquendum;  
 sub ejusdem Tyranni tutela fuit; occur-  
 runt latrocinia, seditiones, Presbytero-  
 rum, ei adversantium, carceres, totius ci-  
 vitatis consternatio. Tandem simili, ac  
 Lazarus, penitentia ductus, Sacerdotium  
 abdicavit. Nihilominus Episcopi isti, qui  
 hic pessime habentur, hominibus notæ  
 probitatis a S. Augustino accensentur.  
 S. Prosper Heroem, virum Sanctum, &  
 S. Martini Discipulum vocat. Inde cre-  
 dere oportet, Zosimum Papam facile ni-  
 mis Patrocli Arelatensis calumniis aures  
 dedisse.

Sæculum V.  
 A. C. 417.

De Gest. Pe-  
 lag. c. 14.  
 Prosp. in  
 Chr. ann.  
 412.

Papa etiam Herois, & Lazari absen-  
 tiam in argumentum trahit, falsam esse  
 eorum delationem, cum accusationem  
 suam prosequi ausi non essent. Idem de  
 Jacobo, & Timaso fert judicium. Epis-  
 copos



Seculum V. copos Africæ reprehendit, quod ejustro-

A. C. 417. di accusationibus leviter fidem habue-

rint, hortatur, ut in posterum circumspice-

ant, etiam agant, neminem, juxta Scripturam

*Joan. 7. 51.* *Act. 25. 16.* monitum, inauditum judicent, pacem, &

Charitatem sollicitè conservent, gaudeantque Pelagium, & Celestium nun-

quam a veritate Catholica fuisse separatos. Hæc epistola data est 11. Calendas

Octobr. id est, vigesima secunda Sept. *Fac. VII.* Simul Papa Pelagii formulæ exempla de-

scripta misit. Ita duorum istorum Hæreticorum artibus nimis credulus falli se

passus est, quin eorum erroribus assenti-

retur. *§. 3.*

§. XLV.

*Litteræ Zosimi ad Episcopum Arelatensem.*

*epist. 5.* **Z**osimus in Patroclum etiam, Episcopum

*epist. 9.* Arelatensem, propenso nimis fuit ani-

*epist. 11.* mo cum aliorum Galliarum Episcoporum

præjudicio; nam eodem anno, in Pontifi-

catus sui principio, mandavit, ut omnes

Clerici, etiam Episcopi, undecunque ex

Galliis proficiscerentur, Romam iturus,

aut in quamcunque aliam orbis terrarum

partem, litteras formatas ab Episcopo

Arelatensi afferrent, sine quibus non rece-

perentur. Dicit, ad omnes se hoc Decre-

tum misisse, atque hanc prærogativam epi-

stolarum formatarum singulariter Patro-